

que sit quarta pars quarte. ¶ Et quicumque mercator inventus fuerit in diminutione starii medii starii quarte medie quarte quartarole bladi vel liguminis, a novem unciis libre sutilis superius, solvat comuni unam march. ¶ Et quilibet mercator vende[n]s anonam vendere debeat ipsam ad mensuram simile[m] illi cum qua emerit, sub pena decem libr. par. 5

Cap. LXXVII. De vendentibus alium salem quam ostenderint.

Constitutionem sive statutum hoc volumus observari, quod quicumque vendiderit alium salem quam ostendiderit solvat comuni unam march. sold. nomine pene, et det salem venditum emptori sine aliquo precio. ¶ Et mercatores vendere debeant salem ad mensuram cum qua emerint. ¶ Et nulla persona sit ausa vendere vel vendi facere salem ad minutum, scilicet ad quartam vel mediam quartam vel ab inde inferius, alibi quam in stationibus comunis Tergesti, sub pena viginti sold. pro qualibet mensura, exceptis salinariis comunis et habentibus salinas, et aliis habentibus stationem infra confines // 15
164A designatos.

Cap. LXXVIII. De prohibitis ad emendum aliqua mercimonia vel victualia a villa Prosechi et Bisuiçe inferius. ¹⁾ 20

Decernimus quod nulla persona sit ausa modo aliquo vel ingenio a villa Bisoviçe et a villa Prosechi inferius versus Tergestum emere aliqua mercimonia sive victualia, cuiuscunque condicionis sint, que conducerentur Tergesti, exceptis lignis fructibus et lac, nisi infra confines designatos sub pena centum sold. par. pro quolibet contrafaciente et vice qualibet contrafacta; et quod super predictis fiant per dominium quatuor custodes secreti ²⁾ qui acusare debeant contrafacientes, et eisdem ac cuilibet ipsorum adhibeatur plena fides de eorum 25 30

¹⁾ Aggiunta sul rigo. ²⁾ *secreti - eisdem* aggiunta marginale.